Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Voluntas dei fuit ut cito occurreret mihi quod volebam. R.
Erit mihi dominus in deum et lapis iste quem erexi in titulum vocabitur do
mus dei, et decimas de universis que dederis mihi. Decimas et hostias pacificas offe
ram tibi. V. Si dominus deus meus fuerit mecum in via ista per quam ego am
bulo et custodierit me. Decimas et hostias. Lectio ~~sexta~~. vii.
Dixit ysaac. Accede huc ut tangam te fili mi. et probem
utrum sis filius meus esau. Accessit ille ad patrem et
palpato eo dixit ysaac. Vox quidem iacob est sed manus sunt
esau. Et non cognovit eum quia pilose manus similitudinem
maioris expresserant. R. Oravit iacob et dixit domine qui dixisti
mihi revertere in terram nativitatis tue. Erue me de manu fratris mei
quia valde eum timeo. V. Deus in cuius conspectu ambulaverunt
patres mei domine qui pascis me a iuventute mea. Erue me. Lec. viii.
Cumque ysaac oblatos cibos comedisset et bibisset dixit
ad iacob. Accede ad me et da mihi osculum fili mi. Acces
sit et osculatus est eum. Statimque ut sensit vestimentorum
illius fragrantiam benedicens ait. Ecce odor filii mei
sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. R. Dixit
angelus ad iacob dimitte me aurora est respondit ei non dimittam
te nisi benedixeris mihi et benedixit eum in eodem loco. V. Cumque vir luc
tabatur cum iacob usque mane et cum vidisset quod eum superare non
posset dixit ad eum. Dimitte me. Ad. Ev. Ant. O mulier
magna est fides tua fiat tibi sicut petisti. Secundum matheum.
In illo tempore. Egressus ihesus secessit in partes tyri et
sydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egres
sa clamavit dicens. Miserere mei domine fili david filia
mea male a demonio vexatur. Et reliqua. Omelia lectionis eiusdem beati
Scribis et phariseis calumpniatoribus Ieronimi presbiteri
derelictis transgreditur in partes tyri et sydonis ut